

saints Pères, il est prince de l'Eglise, et ambassadeur de Jésus-Christ lui-même.

Voici ce que dit le 3eme Concile de Québec au ch. *Dignitate et Auctoritate Episcopi* :

“ *Magna certe sublimisque Episcoporum dignitas! Hanc Sancti Patres, Doctoresque miris encomiis extulerunt, non equidem alicujus adulationis causā, sed ipsius Religionis intuitu, quam Episcopis, veluti quodam fundamento, divinā dispositione inniti cernebant. Episcopos enim esse Principes Ecclesiæ, Apostolorum successores, ipsiusmet Christi legatos, passim et aperte docent.* ”

“ *Sed cum hisce luctuosis temporibus, non tantum dignitatem Episcoporum, sed et potestatem quæ fluit ex plenitudine sacerdotii in eis residente, quidam hostes Ecclesiæ, temerario ausu aggressi fuerint, haec Synodus censet præclarara ea de re sacrosancti Concilii Tridentini verba in memoriam esse revocanda: Si quis omnes Christianos promiscue Novi Testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali praeditos affirme, nihil aliud facere videtur quam ecclasiasticam hierarchiam, quæ est ut castorum acies ordinata, confundere; perinde ac si, contra beati Pauli doctrinam, omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Evangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Proinde, Sancta Synodus declarat, praeter cæteros ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in locum Apostolorum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere: et positos, sicut idem Apostolus ait, regere Ecclesiam Dei: eosque presbyteris superiores esse* ” (Concil. Trid. Sess. XXIII. cap. 4.)

“ *Itaque Ecclesiae catholicae firmissimum dogma est, Episcopos presbyteris superiores esse non solum potestate ordinis, sed etiam jurisdictionis: nec eis ullo modo denegari potest Ecclesiam suam regendi, potestas in iis quæjuri communi non adversantur.* ” 31. (Concil. Québ., III. Decr. VI. cap. 1.)